Yerva, idem quod Contra Yerva, Radix Indica Bezoartica vel Alexipharmaca Contra maligna. *Schr*. L. 4. Cl. 1. n. 103. vid. Rad. Contra Yervæ.

Ygropiſos ſeu *Ygropiſſos* eſt Bitumen vel Pix Liquida. Germ. **Flüſſig Pech**. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*

Yech, eſt Terminus *Paracelſicus*. vid. Iech.

Yleidus, *Yliadus*, *Iliadus*, *Iliadum* & *Ileidos*, vid. Iliaſter.

Yliaſter, *Yliaſtrum*, vid. Iliaſter. *Lex. Brun.*

Ynos, i. e. Vinum. Germ. **Wein**. *Matth. Sylvat.*

Yomo, *Yos*, *Yn*, id eſt viride Æris ⊗. Germ. **Grün-Span**. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*

Ypothema, i. e. Suppoſitoria. Germ. **Stul-Zäpfflein**.

Yrcus, *Mart. Rulandus Yrius*) eſt Cuniculus magnus Maſculus, cujus Sanguine Vitra molleſcere putantur & Silices, modo rebus Diaphoreticis impaſtetur, *Dorn*, & *Johnſonus*. *Dict. Paracelſ.* quod Hirci Sanguini aliàs adſcribitur. Dicitur & ab aliis Daſypus, Lagis, *Aldrov*. L. 2. de 4. Ped. Dig. Viv. cap. 24.

Yride vel *Yridis*, id eſt Auripigmentum . *Mart.* Rul. & *Johnſ.*

Yris, Ferrum ♂. Germ. **Eyſen**. *Mart. Rul.* & *Johnſonus*.

Yſambra, vocatur Venenum Toxicum Hiſpanum ex Helleboro paratum, vel ipſe etiam Helleborus, qui & Pedigambra appellatur. *Lang*. L. 1. ep. 68.

Yſir, eſt Pulvis vel Lapis Philoſophorum ſiccus, potandus cum ▽ ☿rii: Nigredo in Fundo. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*

Yſopus, *Yſopaica* Veteribus dicitur Ars ſeparandi in Spagyrica *Parac*, L. 1. de Rebus nat. c. 7. de ♀re. *Mart. Rul.*

Yſpar, idem quod Yſir. *Mart. Rul.*

Yxir, id eſt Bona Medicina. *Mat. Rul.* & *Johnſ.*

Z.

Z Literam hanc olim quoque Ponderis varii notam fuiſſe, docet *Rhod.* ad *Scrib.* n. 145. ità ut quibusdam ſignificaverit *Seſcunciam*, h. e. ℥iß, plerisque Octavam Unciæ partem ſivè Denarium h. e. Drachmam Unam vel Semiſicilicũ. Ex veteri quadam Tabella Ænea conſtat, *Duellam* ſignificaſſe, quæ Tertia Unciæ Pars Octonis *Scrupulis* ℈viij. terminatur. Hæc ex *Rhodio*.

ZZ, duplex hæc Litera apud Veteres Medicos *Myrrham* notavit, uti obſervavit *Hermol. Barbar.* L. 1. Corallarior. propterea quod Zmirne, perinde ac Smirne. Nunc tamen vulgò per duplex ZZ, *Zingiber* vel *Zinziber* intelligunt, magno & periculoſo errore. *Gorræus*.

Zaair, i. e. Auripigmentum . Germ. **Oppermendt**.

Zaar, Arabis & Perſis Venenum ſignificat. Hinc *Belzaar* pro *Bezoar*, dicitur Dominus vel Rex Venenorum C. *Rejes* C. El. q. 67. n. 36.

Zabalegum, i. e. Maſtix. *Sylvat.*

Zachariæ Flos, *Baptiſeculæ* & *Blaptiſeculæ Flos*, vid. Flores Cyani. Germ. **Blaue Korn-Blumen**.

Zacharum, *Zucharum* & *Zuccarum*. vid. *Saccharum*. Germ. **Zucker**. Legitur apud *Foreſt*. L. 16. O. 21. & 55. alibique.

Zacynthius, epitheton à Loco datum Bitumini Liquido, apud *Gal*. L. 4. de C. M. P. G. C. 13. in Compoſitione Indæ Tharſei.

Zaduar, nomen Barbarum eſt, ſed tamen à Græcis Recentioribus receptum. Denotat Radicem Exoticam tenerem, colore Zingiberis ex India ad nos delatam. Valet adverſus Peſtilentiam. *Gorræus*, Fortaſſis convenit cum Contrayerva vel Zedoaria.

Zafa-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193453-p0428-8 DFG

Zafaram, eſt Limatura ferri. ♂ Germ. Eiſen-Fenel *Johnſ.*
Zaffran, eſt Ochra. Germ. Ocker oder Auder. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*
Zafran, eſt Crocus Hortulanus. *Mart. Rul.* & *Johnſonus.*
Zaibac, Zaibach, Zaibar, Zeida, Zerachar, Zibatum Azoch & *Azoth*, eſt Argentum vivum ☿. *Dorn. Mart. Rul.* & *Johnſ.*
Zaic & *Zaich*, id eſt Oleum Olivarum. Germ. Baum-Oehl.
Zaidir, id eſt Venus aut Viride Æris. *Dorn. Mart. Rul.* & *Johnſ.*
Zamura, *Zarumbeth*, eſt Zedoaria. Germ. Zittwer. vid. Rad. Zed.
Zandick, eſt ▽oliata. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*
Zaocel, id eſt Taxus. Germ. Yben oder Yen/ *Mart. Rul.* & *Johnſonus.*
Zaphara, *Zaffara*, vocatur Materia Mineralis ex Biſmutho, ad Smaltha vel Amaaſa pertinens, quæ tingit Vitrum Cœruleo, unde & Figuli utuntur ad Tincturam Cœruleam; *Cæſalpin.* Lapidem dixit, alii Terram. Nonnulli Lazurium ex Biſmutho, dixerunt. Vid. *Libav.* S. A. Ch. *L.* 2. cap. 24. *L.* c. 4.
Zaras, id eſt Aurum ☉. Germ. Goldt. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*
Zarfa, i. e. Stannum ♃. Germ. Zinn. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*
Zarfu i. e. Stannum ♃. Germ. Zinn. *Johnſonus.*
Zarnaſium, i. e. Roſmarinus. *Matth. Sylvat.*
Zarne, Zarnec, Zarneck, Zarnich, eſt Auripigmentum *Mart. Rul.* & *Johnſ.*
Zarſaparilla & *Zarzaparilla*, eſt Sarſaparilla. vid. Radices.
Zatanea, *zuccar*, *Zuccaria Zuccajar*, eſt Flos Agni Caſti, *Mart. Rul.* & *Johnſ.*
Zauchiron, eſt Crocus Orientalis. Germ. Orientaliſcher Saffran. *Mart. Rul.* & *Johnſonus.*
Zea vel *Zeia*, dicitur & *Spelta*, Frumenti genus eſt, tritico ſimilimum. vid. *Gal. Jul. Alex.* &c.
Zeba, id eſt, Butyrum. Germ. Butter. *Mart. Rul.* & *Johnſonus.*
Zebeb, & *Chara*, id eſt Stercus. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*
Zec, *Zeco*, eſt Traganthum. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*
Zedoaria, eſt Radix è China & extremis Indiæ finibus allata. Germ. Zittwer. à quibusdam *Anthora* nominatur. vid. Rad. Zedoariæ.
Zedoaria Arabum. vid. Radices Anthoræ. Germ. Gifft-Heyl.
Zefaran, *Zeafaran*, eſt Crocus Orientalis. Germ. Orientaliſcher Saffran. *Matth. Sylvat.*
Zefer & *Zefr*, id eſt Pix. Germ. Pech. *Mart. Rul.* & *Johnſonus.*
Zeg, Zegi, Zerci, Zet, Zezi, Zoroba, zimen, Zetus, id eſt Vitriolum. 🜖 Germ. Kupffer-Waſſer. *Mart. Rul.* & *Johnſonus.*
Zegibel, i. e. Zinziber. Germ. Jngber.
Zeberech, *Alchas* & *Alckas*, eſt Flos æris. 🜨.
Zeia, Frumenti genus eſt, vid. Zea.
Zeite, eſt Oleum 🝆 *Matth. Sylvat.*
Zeitrabra, Fluxile. Germ. Flüſſig. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*
Zelotum, eſt Mercurius Lapideus. *Dorn. Mart. Rul.*
Zemaſarum, *Zengifur*, eſt Cinabrium, Cynobrium. 🜍. Germ. Zinnober. *Mart. Rul.* & *Johnſonus.*
Zemech, eſt Lapis Lazuli. Germ. Laſur Stein. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*
Zenechdon & *Zenexton*. vid. Xenechdon, ſ. Amuletum.
Zenexton idem quod Xenexton, vid. Pentacula, Periamma.
Zenextor, vocatur Mercurius ☿. *Paracelſ.* de Peſtilit. Tract. II.
Zengifur, *Zemaſarum* eſt Cinabrium 🜍. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*
Zenicon, nomen Veneni Celtis *Gallis* uſitati, Venenum Cervarium dicti. vid. *Lang.* L. 1. ep. 68.
Zeon, id eſt Fervens. Germ. Siedendt. *Linden.* XIII. §. 211.
Zepyron, vocatur Frumenti genus, quod medium eſt inter Zeam & Triticum, & naſcitur in Bithynia. vid. *Gal.* & *Gorræus.*

Zerci, Zegi, Zet, Zezi, eſt Vitriolum ⊕. *Mart. Rul.* & *Johnſonus.*
Zericum, id eſt Arſenicum 🜺. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*
Zeriſari, eſt Aqua Caſei *Mart. Rul.* & *Johnſ.*
Zeus, vocatur Piſcis, qui aliàs Faber vocatur. *Lex. Brun.*
Zibach, Ziabach, & *zaibar*, eſt Mercurius ☿. *Schræd.* L. 3. c. 15.
Zibebæ, Uvæ Paſſæ Damaſcenæ ſeu *Paſſulæ maximæ*. Germ. Damaſcener-Träub-lein oder Zibeben/oder blaue Roſinen. vid. Uvæ Damaſcenæ.
Zibethum, Zibetta, Zapetium & *Civetta, Zibettum, Algalia.* Germ. Zibeth/ eſt Materia ſivè Liquor Pinguis, Cati ſive Felis Civettæ, Animalis Indici (Vulpem excedentis, Caput, Collum, Pedes atque alias partes habentis, illi non admodum diſſimilis ſed nunc apud Europæos valdè frequens eſt. Quotidiè ſiquidem Lutetiæ in multorum ædibus viſitur & contrectatur. Cujus Recrementũ ob fragrantiam Zibethum dicitur; Zibethum autem Odoramentum eſt à Moſcho longè diverſum, Suaviſſimum, Pingue, Craſſum, ac Nigricans &c. ex dicto Animali deſumptum. Illius enim Strigmentum eſt, ſeu Sudor circa Teſtes ac Putenda concreſcens, qui Cochleari Corneo aut ☽ teo, aut alio quovis abradi ſolet.
Zibethum etiam confici poteſt ex Stercore Bovino & Humano, de quo legendum apud *Paracelſ. Ettmüll.* & alios.
Zibibiæ, Zibebæ, Paſſulæ maximæ. vid. Uvæ Damaſc.
Zimar Philoſophicum, aus Kupffer gemacht. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*
Zimex, Vitriolum ⊕. aus Ertz-Kupffer. *Mart. Rulandus.*
Zinck, zink, zinkum, Paracelſ. vocavit *Zinetum, Marchaſita* & *Marcheſita aurea, Pyrites ☉reus*, Germ. Goldt-Küß/Kupffer-Küß oder gelber Küß ♁. Eſt Metallica Marcaſita & Mixtura quædam Naturalis ex 4. Metallis immaturis, Cuprea potiſſimum apparens. *Dorn.* Mart. *Rul.* & *Johnſ.* adde *Libav.* S.A.Ch. L. 2. c. 24.
Zindulus, nomen Piſcis fluviatilis. vid. *Jul. Alex.* & *Aldrov.*
Zinæ ſeu *Cinæ Semen, Semen Zedoariæ, Lumbricorum* vid. Sem. Abſinthii.
Zinetus, eſt ſpecies Marcaſitæ, quæ æmulatur Æs vel Cuprum, *Paracelſ.* Archidox. L. 3.
Zingar, Ziniar, Zymar & *Zyſer*, eſt Flos Æris, ſ. Viride Æris. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*
Zingiber, & *Zinziber*, Radix eſt Acris & Aromatica. Germ. Jngber/ ſingulis annis Folia habet, Iridis aut Gladioli in modum, creſcit copiosè in India Orientali, unde & ad nos portatur. vid. Rad. Zingiberis Sign. ZZ.
Zingiber Album. Germ. Weiſſer Jngber/ eſt Radix Ari, ſ. Aronis, & Zinziber Cortic. alb.
Zingiber Caninum. Germ. Waſſer-Pfeffer.
Zingiber Citrinum ſeu *flavum.* vid. Rad. Curcumæ. Germ. Gilb-Wurtzel.
Zingiber Coctum, conficitur ex Zingibere & aliis Stomachicis, beneficiò ſ. q. Sachari, in forma Morſulorum. Germ. Jngber-Morſellen.
Zingiber Germanicum, Germ. Teutſcher Jngber. vid. Rad. Ari, ſ. Aronis.
Zingiber ſylveſtre, Germ. Wilder Jngber. vid. Rad. Zedoariæ.
Ziniar, eſt Viride Æris 🜨. Germ. Grün Span. *Dorn. Mart.* Rul. & *Johnſon. Foreſt.* & *Libav.* Legitur aliquando & Zimar.
Ziniat, eſt Fermentum. Germ. Sauer-Teig oder Vor-Teig. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*
Zinziber, vid. Zingiber vel Radices Zingiberis.
Zinzifur, idem quod *Zingifur*, Cinabrium. 🜍. Germ. Zinnober. *Libav.*
Ziorianti, i. e. Ariſtolochia. vid. Herbas.
Zitter & *Zuitter*, eſt Marcaſita ⵋ. vid. Zuvitter.
zizanium, idem quod Lolium. zizanium quoque attribitur Stellis.
ziziphæ idem quod zyzipha. Germ. Bruſt-Beer. vid. Injubæ.
Zœphiros, nomen Arcani cujusdam Chymici, ex ♁nio à *Quercetano* excogitati, ſatis pompoſum & jactabundum, modo Effectus reſponderet; de quo vid. *Libav.* T. III. Oper. p. 71. &c.

zonitis, dicitur ſpecies Cadmiæ, quæ inFornacibus colligitur, zonarum ſimilis *Gorræus*.

zoologia, vocatur *Schræd.* & *Frid. Hoffm.* Pars Pharmacevtica, Medicamenta ex Animalibus deſumta recenſens, vid.

zoophthalmon, vocatur Sedum majus, ab Oculorum,in Animalibus ſimilitudine.

zoophyton, vocatur Corpus Naturale exangue, quod nec perfectam Animalis, nec Plantæ Naturam, ſed Mediam ex utraque & vel Tertiam habet, vid. *Ariſtot. Aldrov. Chiocc.* & *Helmont.*

zopiſſa, eſt Pix Navalis, cum Cera à Navibus Maritimis jam deraſa, vid. *Ægineta, Gorræus*, & *Schræderus*.

zopydros, nomen eſt Antidoti, quam dicitur *zopyrus* Regi *Ptolomæo* compoſuiſſe atque *Ambroſiam* nominaſſe, ut ſcribit *Celſus*. L. 5. c. 23.

zoraba & *zorobo*, eſt Vitriolum ⊖. *Mart. Rul.* & *Johnſ.*

zorſonera Viperaria ſeu *Viperina*, eſt RadixScorzoneræ. Germ. Schlangen Mordt-Wurtzel.

zub, zubd, eſt Butyrum crudum. Germ. Rohe Butter. *Mart.* Rul. & *Johnſ.*

zuccajar, idem quod *zatanea*, eſt Flos Agni Caſti, vid. zatanea.

zucha, eſt Cucurbita. Germ. Kürbis.

zucharum, zacharum, Saccharum. Germ. Zucker. vid. Saccharum.

zuitter, eſt Marcaſita [symbol]. Germ. Marcaſita. vid. zuvitter.

zulapium, id eſt Juleb ſeu Julapium. *Germ.* Julep. vid Juleb, ſ. Julepus.

zurumbeth, eſt ſpecies zedoariæ, idem tamen non eſt. Radices vero zurumbeth, ſunt Radices Cypero ſimiles in figura, ſed multo majores & duriores: Intus ſubcitrini Coloris, Odore & Sapore zedoariæ, & afferuntur ut Radices zedoariæ longæ.

zuvitter vel *zytter*, *zuitter* & *zitter* id eſt. Biſmuthum. [symbol] vid. Marcaſita.

zygæna, *Gazæ Libella*, nomen Piſcis, monſtroſo planè Capite, vid. *Aldrov*, Lib. 3. cap. 43.

zygia, eſt epitheton Reſinæ acernæ, vid. *Ægineta* L. 7. c. 18.

zymar aliis *zynar* & *zynſer*, id eſt Viride Æris. ⊕. Germ. Grün-Span. *Mart.* Rul. & Johnſonus.

zyme & *zymoma*, eſt Fermentum *Caſtell.* & *Gorræus.*

zythogala, eſt Lac, cui in fine coctionis Cereviſia infuſa eſt, vide Poſſetum.

zythos, id eſt Cereviſia. Dicitur & in neuto *zythum*. vid. *Galenus*.

zytter, vid. *zitter*, *zuitter* & *zuvitter*, Marçaſita. Germ. Marcaſith.

FINIS.

Vollkomme-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-193453-p0431-2

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-193453-p0432-8
DFG